PRO EXTIRPANDIS HAERESIBVS, AD HENRICVM SECVNDVM Christianiss. Gallorum Regem, Io. Vacquerij societatis Sorbonicæ Doctoris, Oratio.

SEQVITVR FORTVNA LABOREM.

RHEMIS,

Excudebat N. Bacnetius, Caroli Cardinalis Lotharingi Typographus.

1559.

Cum privilegio non plus sexennium.

REVEREN-

DISSIMO IN CHRI-

sto patri atq; Illustriss. principi Carolo Cardinali Lotharingo, mæcenati suo Io. Vacquerius S.

VM nuper charissimã sororem tuam, Farræmonasterij Abbatissam, heram meam serenissimam inuiseres, Cardinalis semper Auguste, pauca de hæreticorum factionibus colloquutus, seruulum tuum monuisti de stilo pro posse exercendo. Ecce dicto parens, breuem ac facilem pro extirpandis hæresibus declamationẽ scripsi ad Christianiss. Regem: quam ideo Reuerendiss. atq; illust. dignitati tuæ dedicãdam putaui: quia quod abs te proficiscitur, non potest Regiæ maiesta

ti non placere: tum etiam quia inquirendæ frenandæq; hæreticorum temeritati nuper à Sancta ſede apoſtolica es deſignatus: quo nomine gratiorem quoq; tibi fore opuſculi huius noſtri lectionem ſperaui. Bene valeat & ſemper floreat eximia ſanctitas tua. Datum Farræmonaſterij, Idibus Septēb. 1558.

PRO EXTIR-

PANDIS HAERESIBVS, AD HENRICVM SECVNDVM Christianiſs. Gallorum Regem, Io. Vacquerij ſocietatis Sorbonicæ Doctoris, Oratio.

I magn⁹ ille Ariſtoteles ſeneſcente ac iam propè moribundo Iſocrate, videns intermiſſas Rhetorũ profeßiones, animo ingemuit: & cõmiſeratione labentis ſcholæ ipſe eaſdem auſpicatus, in hanc vocem prorupit: Turpe eſt tacere, & Iſocratem pati dicere. Quis hodie in ſacratiſſimo Theologorum ordine non confundatur, & ſibi turpe ducat ſilere, cùm videat vrbem fidei Catholicæ propugnatri-

cem, atque adeo totam Rempub. Christianam indignè, suprà quàm dici potest, ab hæreticis & schismaticis viris turbari? Maximè, quando Theologorũ ecclesiasticorúmque partes sunt, non solùm Deum populo iratũ placare, & veniæ impetrandæ gratia, preces oblationésque illi offerre: verumetiam Dei causam aduersus populum suscipere, indignationem eius commõstrando, atque insuper offensarum satisfactionem procurando. Quæ omnia, ò Rex Christianiss. fecerũt, vt ego vilis atque abiectus homuncio apud regiam illam & sublimem maiestatem tuã communem ecclesiarum tuarum plagã breui orationis compendio deplorarem. Etsi enim verecundum oneros umq; vnicuique meritò videatur ad Reges & summos prouinciarum rectores verba facere: leuius tamen reor apud homines verecundia, vel etiã vita periclitari, quàm apud Deũ cõdemnari silentio, veri taciturnitate, & abscõsione iustitiæ. Vnde & vitam meam in manibus

meis posui, eandem statim in manus domini mei Regis repositurus: magnũ mihi olim præsidium ante faciem Dei fore sperans, si dicere potero, Iustitiam tuam nõ abscondi in corde meo, veritatem tuã & salutare tuũ dixi. Vel illud, Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar. Paruitatem quidem meam agnosco, sed illius, cuius causam ago, potestatem authoritatemq́, ac diuinitatem suspicio. Illa timorem ac tremorem ingerunt: hæc verò audacem reddunt. Quamuis enim adolescentulus sum ego & contemptus (adolescentulus dico, non annorum paucitate, sed meritorũ) potens est tamen Deus dare voci meæ vocẽ virtutis: sicut olim puero suo Danieli apud gentem Chaldæorum. Et qui Hester puellæ tribuit in conspectu regis Assueri gratiam, poterit vtique facere, vt inueniam gratiam in conspectu domini mei Regis: quatenus mihi facilem aurem accõmodet, dimittatq́, vt plangam paululum apud illum dolorem meum

Psal. 39.

Psal. 118

Dan. 3.

Hester 5.

meum, & gemitus bonorum ſanctorumq; virorum, qui zelantur ſuper iniquos pacem, effrenémque peccatorum libertatem videntes. Neque enim poſt Deum in religionis defenſione iudicem alium commodiorem nobis eligere poſſumus, quàm Chriſtianiſsimũ Regem: qui quia Chriſtianiſsimus eſt, zelo zelabitur pro domo Dei: quia Rex eſt, & potens virtute, non ſinet eccleſiam Apoſtolicã in regno ſuo gratis oppugnari, præſertim cũ prima regni ſui inauguratione Deo Opt. Max. ſanctè vouerit, ſe integrum fidei Chriſtianæ tutorem fore. Et nunc quia mihi ſermo ad te, ò Rex, Viuit dominus et viuit anima tua, ſi quid hac mea oratione aliud à te aut tuis aſſeſſoribus contendo, quàm quòd tuæ dignitati authoritatíque ſeruandæ exiſtimo conuenientiſsimum. Ob idq; rogo atq; obſecro, vt pro ſingulari tua clemẽtia ac bonitate, quæ proponuntur, benignè interpreteris: & patienter feras narrantem de hæ-

1. reſi, quàm graue & perniciosum Reip. ſit

ma

malum: deinde qualiter iure deprehendi ac II
puniri posit: postremò qua ratione, quibús- III
que modis poterit sine tumultu populorum
de regno tuo extirpari. Quare Deo vuleúsq;
tui serenitate nobis fauente, pro modulo ex-
pedire conabor: partim vt officio & pio gẽ-
tis tibi subditæ desyderio satisfaciam, par-
tim vt almæ vrbis quæ me à tenero bonarũ
literarum lacte fouit, atq; adeo toti patriæ
gratiam qualemcumque rependam: nun-
quàm tam graue atque inuidiosum onus in
me recepturus, nisi viderem nos omnes pos-
sim terrena sapere: & perquàm paucos in
medium prodire, qui se murum pro domo
domini Dei exercituum proponant: adeo
stertenter ac dissimulanter omnia agimus.
Ruunt Cæremoniæ: quæ prius tepebat, iam
penitus friget ac propemodum gelatur ple-
bis deuotio: intercidit cum morum honesta-
te vetus religionis splendor: & Dei cultus
intantum diminuitur, vt ipsa prima fidei
nostræ rudimenta hoc tempore apud plero-
que

que in multam perplexitatem veniãt. Quib⁹ malis si saluum & incolume tibi Regnũ permanere velis, maturè occurrendũ erit.

1. Principio omnis offensæ aut facinoris vel cõmissi grauitas attẽditur, vel ex improbitate atque malitia authoris, vel ex reb⁹ ac personis in quas peccatur, vel ex dãni emergentis amplitudine: quorũ singula si diligenter in crimine hæreseos ac blasphemiæ expãdam⁹, comperiemus ilico inter infinitas vitiorum lernas, nullam esse hac vna nequiorem, capitaliorem, pestilentiorem, vel damnosiorem: nã, vt per singula curramus, quàm pernicio sam putas ciuitati ac Reip. Erymnim esse hominem, qui suo vult omnia geri arbitrio, quiq; nihil bonũ vel iustum esse recipit, nisi quod ipse tale censuerit? Nonne statim hic tibi iura omnia peruertet, & suo solius iudicio nixus, pulchram tyrannidẽ exercẽs, miseram plebem in luctu & squallore multo agere cõpellet? At certè in eo crimine deprehẽditur hæretic⁹ oĩs: qui elati arrogãtisq; inge

ingenij vitio insolescens, veterum patrũ religione, ac sanctissimis traditionibus, necnon germanis ac proprijs scripturarum interpretationib⁹ neglectis, noua sibi populoq; noxia effingit: non in alium certè finẽ, quã vt religionis nouæ inuentor, ac proinde reliquis excellẽtior sapiẽótirq; habeatur. Vsque adeo vt eorũ nõnulli ãbitionis et φιλαρχίας fascino obuoluti (ĩstar angeli Luciabel) sese ipsi quoq; Deo & Christo domino æquare voluerĩt, si nõ etiã superiores facere eidẽ veluti armaĩtẽtãtes: et modò caluniãtes illũ purũ hominẽ fuisse, modò nõ verã carnẽ suscepisse, nõ fuisse de virgine natũ, nõ veritatis doctorẽ, sed præstigiatorẽ mẽdaciorũq; ac superstitionis prædicatorẽ. Negãtes vt plurimũ Dei prouidẽtiã, ipsamq; veri Dei existẽtiã, asserentes oĩa casu & fortuna, aĩas cũ corporib⁹ iterire, & multa absurda ijs similia q̃ superbiætoxico ĩfecti cõminiscũtur, et ifælicisturb.æ, ac mulierclarũ puerorũq; auribꝰ suggerũt. repugnante tñ et cõtradicẽte

Spiri-

Spiritu Sancto, quem ante omnia in animis ſuis extingunt, ſpiritũ Sathanæ in eius locum ſibi aſciſcentes: quo delibuti Deũ diuinóſq; & pietati addictos homines odio ꝓſequi, & eiſdẽ malè cupere incipiũt: eiſdem inſidiantur, & in eorũ mortes cõſpirãt, prorſus implacabiles, nec deterius in eo ſtudij genere perſiſtẽtes illis de quib⁹ ſcribitur ĩ pſal.

Pſa. 73. Superbia eorũ qui te oderũt, aſcẽdit ſemper. Ob idq; vix vnquã aut perquã rarò accidit eos, exquò ſunt hoc mortifero veneno delibuti, reſipiſcere: quãuis deprehẽſi multa diſſimulãter agãt & ꝓfiteãtur. Quæ cũ nõ aliũ de ꝓcedãt, quã ex arrogãtia & vano quodã inanis gloriæ aucupãdæ ſtudio, magnã itolerabileq; nequitiã ĩ authorib⁹ ipſis arguũt ac declarãt. Quæ fortaſsis excuſatione qualicũque digna videri potuiſſet, ſi ſolũ in homines, hominúmue opiniones ac ſancita ſeſe ꝓfunderet. Verùm, cùm in Deum diuóſque omnes, cùm in Euangelium & legem Dei æternam, in apoſtolos eorúmque traditiones,

erum

erumpat, quis æquo animo in huiusmodi causis vllum excusationis vel defensionis prætextum recipiat? Quis nō indignè ferat noctuas vespertilionesq; lucis Euangelicæ osores, Euangelium euangelio, scripturasq; scripturis impugnare? confidētes in verbis mēdacij ac dicētes, Verbū Dei, verbum Dei est: cùm ipsi verbum Dei adulterātes, sanas veterū patrū ac magistri[illegible] Ecclesiæ interpretationes repudient, se [illegible] spirituq; diuino illustratos mentientes. At spiritus ille cælestis effugit fictum: nec habitat in corpore subdito peccatis. Hæc est veteratoris illius Montani impudens & blasphema fabula: qui cùm adulter publicus esset, & palàm Priscillæ ac Maximillæ familiaritate abuteretur, iactitabat se spiritum sanctū habere. Nec minus odium promeretur, quòd magno fastu hæresiarchæ nostri ecclesiæ authoritatem apud se manere astruant, inuisibilem nescio quam ecclesiam, mōstruosam & spectro similem fabricantes, scripturis Sap. 1.

vt

vt aiunt, reformatam: quasi Ecclesia aliquando sine ruga fuerit, quasi reformationes sint eorum congregationes nostris: in quibus tamen constat reperiri parricidas, sacrilegos, apostatas & perfidos excuculatosq; monachos: in quibus quis vnquàm sibi persuadeat Spiritum sanctum requiescere, & non potius spiritum Sathanæ, calũnia sibi imperiũ Ecclesiæ, (sicut et olim mũdi) vindicare volẽtis? Sed agẽdũ, O bone, quoniã in cõtẽtionẽ de ecclesia venim⁹, dic (quæso) quã do aut in quo suũ exordiũ habuerit tua ecclesia? An in Nicolao Antiocheno vel Simone Mago tẽporibus apostolorũ? Negabis opinor: nè parũ honestos ecclesiæ tuæ authores habere videaris. An verò in Arrio, Manichæo Sabellio, circa tẽpora Sylvestri? Sed illi à se inuicẽ dissidebãt, & ecclesia vnicũ & sibi per omnia cõsentiẽtẽ à principio habuit spiritũ. An verò ĩ Ioãne Hus, Hieronymo à praga, aut Vvicleso, primo Constãtiæ cõcilio? Sed nec illa satis firmã vel probata haberẽ-

tur

tur Eccleſiæ primordia. An verò ſi dixeris in Martino Luthero, Oecolãpadio, Caluino, & eorũ aſſeclis, viris vtiq; ſuperbis, ambitioſis & intẽperãtibus, ineptus iudicaberis. Nimirũ longo ſupra modum tẽpore nobis viduum faciẽs Chriſtũ. Vnde omnibus abũdè liquet veſtram eccleſiam, eccleſiam malignantium eſſe: non germanam illam cæleſtis ſponſi amicam, quæ à principio fuit, & nunc perſeuerat, vſq; ad finẽ ſeculi duraturã in ea quam à Saluatore Chriſto & Apoſtolis accepit fide, & obedientia permanens: quæ nullum vertunnum (id eſt vertiginis aut mẽdacij ſpiritum) vnquam ſecuta eſt: ſed ſolùm per illũ ſe regi & gubernari patitur, quem à patre procedentẽ filius in terras miſit ad eius directionem: ſpiritũ dico omnis veritatis doctorem in æternum cũ illa manentem: qui non à ſeipſo loquitur, ſed quæ à patre accepit, annũtiat. Si quod varium vel carnalis colluuiei, vel impietatis mõſtrum, cauteriatæ conſcientiæ, & pſeudoprophetæ

viri

viri vestri similes, à semetipsis loquentes, germinant inter Christianos, hanc non esse cælestis sementis segetem, inimicumq; superseminasse zizania pro certo, spiritu reuelante, habemus. Domus Dei ampla est, variam supellectilem continens: habens aurea vasa, lignea, & luthea, vasa honoris & cõtumeliæ, vasa electionis & reprobationis, vasa iræ & misericordiæ, quæ suo tempore discernentur: proinde nihil contra Ecclesiæ dignitatẽ, atq; eminentiam facit, quod adeo accuratè Ecclesiasticorum abusus exaggeras. Hæc sunt vicissitudines tẽporis præsentis & militiæ, in qua nos cõstituit Deus. Hi sunt labores ecclesiæ vsq; adhuc parturientis, quæ tibi mihiq; ideo proponuntur, vt inter has mundanas varietates, discamus ad nostram promotionem reprobare malũ & eligere bonum. Verùm nec esse apud vos ecclesiam, nec Sanctum Spiritum in vobis regnare, nec (quod impiè comminiscimini) vos Christi, sed potius Antichristi apostolos

&

& præcursores esse, nobis apertè significauit superbonus pater cælestis, Matth. 24. Mat. 24.
Surgent (inquit) multi pseudoprophetæ, & seducent multos. Surgent videlicet, arrogãtia, & multa animi superstitione, sacerdotij dignitatem & prædicationis officia vsurpãtes, neglecta superiorum authoritate: idque ad seducendum distrahendumq; populum à fide & vnitate ecclesiæ, à maiorum obedientia, & rectorum suorũ subiectione. Mox retegens prædicationis vestræ argumenta, subiungit, Tunc si dixerint vobis, Ecce hic est Christus, ecce illic, ecce in deserto, ecce in penetralibus, nolite credere, nolite exire. An non hoc facitis, cùm populo suggeritis nondum Euangelium iuxta suam puritatem illi fuisse declaratum? Deum & Spiritum sanctum non esse in Ecclesia Romana, nihilq; sedi Apostolicæ deferendum, dum Lutherum, Oecolampadium, Caluinum, quasi viros diuinos in cælum effertis? Nonne hîc mihi typo quodã dicitis, Foris est Christus,

in deserto est, in cryptis & latibulis scholæ nocturnæ? Sed quid ibi Christ⁹? Nolite (inquit) credere impietati & verbis mendacibus; nolite exire à domo Dei, quæ est ecclesia catholica: fundamentum & columna veritatis. Deinde, signo demonstrat, vbi reuera quæri debeat, vt inueniatur. Vbi (inquit) erit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ: quò intelligant oẽs ibi reuera esse Christum, vbi aquilarũ, id est, speculatiuorum & cælestium est congregatio virorum: virorum dico caput terræ exerentiũ, terrena despicientium, & iamiam cælos conuersatione inhabitantium: non autem scarabeorum, cæcorúmque talparum, vel infamium porcorum: qui iuxta saluatoris dictum, à fructibus & operibus suis internoscuntur. Qui si pergunt in disceptationem de ecclesiæ prærogatiua nobiscum descendere, proponant mihi suæ sectæ viros Chrysostomo, Hieronymo, Augustino, Gregorio, Ambrosio, Cypriano, Hilario, Bernardo, Benedicto,

Do

Dominico, Franciſco, Thomæ aquinati, & alijs quãplurimis, quos tanquam cælo ciues aſcriptos veremur cõferendos: viros dico ſpiritu Dei plenos, literatura cõſpicuos, ſanctimonia & miraculis illuſtres. Proferãt in mediũ nouã eccleſiæ eius, quã ſtabilire conãtur, hierarchiam, ritus, ſanctiones, & cæremonias: quæ ſi perfectione noſtris nõ cedãt, illis vltro cedemus. Si apud eos maiori pietate colitur Deus, ſi veneratione intentiori obſeruãt ſanctos, ſi ſacramẽta puriùs tractãt, ſi cõtinẽtia abſtinẽtiáq; exactiore viuũt, ſi iuſtitiã, fidẽ, miſericordiã, charitatẽ, cæteráſq; boni moris virtutes ſanctiùs colunt, illis concedamus. At verò ſi in iſtis omnib⁹ ſe multò inferiores catholicis ſentiũt, ſi apud eos pereunte diſciplina, et omni ordine politico, paſſim tumultuatur puer cõtra ſenẽ, et ignobilis cõtra nobilẽ, ſi oẽs ſacerdotiũ ſibi arrogãt, & eſt, ſicut populus, ſic & Sacerdos, par eſt eos reſipiſcere & à maledictis tẽperare. Vt quid in vtraſq; partes claudicam⁹? Si Chri-

ſtus eſt Deꝰ, & eccleſia Romana vnica eius ſpõſa, cur non protinus relicto Baal, ideſt leuitatis & incõſtãtiæ ſpiritu, illis adhærem? At verò quid Deus vſque adeo in te commeruit virorũ perditiſſime, vt illius maieſtati, õipotentiæ, ſapientiæ, immẽſæq; bonitati tãta pertinacia detrahas? an quia te creauit, et hoc ĩtellectus munere illuſtrauit? an quia ſermonis rationiſque compotem fecit? ſine quibus nec iſta vnquã mouere potuiſſes: At potius debueras propter innumerabilia quæ ab illo percepiſti beneficia, ei gratias agere, nõ in corde tuo euaneſcere, arma Deo intẽtare, os fœtidum ac blaſphemum in illum & eius electos vibrare: quod dùm agis, perinde tibi accidit, atque pueris in cælum cõſpuentibus: ſputo ſiquidem ſuo in eos recidente, faciem ſuam conſpurcãt: cælum autẽ non attingitur. Ita impudens iſthæc tua maledicentia nihil omnipotentem cæliq; ciues lædit, tibi verò plurimùm notæ atque ignominiæ adfert. Inde enim promereris, vt à Deo

deſer

deſertus tibíque relict⁹, in omne ſcelus diſſoluaris: et Dei tuíque oblitus obbruteſcas, ea patrans quæ prorſus ab hominis natura diſsident. Hoc de te tuíque ſimilibus ſenſit apoſtolus, cùm ait, Sicut non probauerunt Rom. 1. *Deũ habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, &c. Quæ oĩa, ſi nõ etiã dete riora, ĩ veſtris cõuẽtibus Sathanicis euenire neceſſe eſt, vbi poſt blaſphemã concionẽ, & execrabilẽ cænã, extĩctis luminarib⁹ luxui atque intẽperãtiæ indulgetur, quolibet indiſcriminatĩ cuilibet ſeſe commiſcente. Ecquis enĩ nõ ſibi perſuadeat in tãto libidinis æſtu, tã dẽſis tenebris, tantáque malè agendi impunitate, multa cõtra fas iúſque naturæ fieri? Et ibi Sodomiæ deprauatíſque amorib⁹ plurimum loci relinqui? Quid enim Venus ebria curat? (inquit Satyrogra.) Inguinis et* Iuuen. Satyra 6. *capitis quæ ſunt diſcrimina neſcit. Hæc ſũt damna deſertæ paſcuæ dominicæ. Prodi-*

Luc. 15. *gus improuidúsque adolescens à patris ædi-*
bus recedit, & meretricibus adhærens, dissi-
Gen. 34. *pat vniuersam substantiã. Dyna filia Iacob,*
curiositate nouorum impulsa, egreditur ad
visendas choreas nationis Barbaræ, & con
stupratur à Sichen filio Emor magno luctu
atque odio suorũ. Morbida ouis longius pro-
gressa à caulis & ouilibus, fit protinus esca
lupo. Et quid mirum si te subducens à Chri
sti & S. Petri obedientia, statim venisti in
Hier 2 *potestatem leonis rugientis? Scito igitur &*
vide quia malum & amarũ est te reliquis-
se dominum Deum tuũ: & non esse timorẽ
1. Reg 2 *eius apud te. Si peccauerit vir in virum, pla*
cari ei potest Deus: si autẽ peccauerit in Deũ,
quis orabit pro eo? De quo genere peccati po-
Mat 12. *test & illud intelligi quod ait Christus: Om*
ne peccatum & blasphemia remittetur ho-
minibus: spiritus autem blasphemiæ nõ re-
mittetur. Et quicunque dixerit verbũ con-
tra filium hominis, remittetur ei: qui autem
dixerit cõtra Spiritũ sanctũ, non remittetur

ei

ei neque in hoc ſeculo, neq; in futuro. Ex quo manifeſtè liquet, cùm duo ſint genera peccatorũ, & vna quidẽ in homines et creaturas, altera in Deum ferãtur: illa multò grauiſſima eſſe, quæ recta in diuinam maieſtatẽ diriguntur. Inter quæ hæreſis & blaſphemia primũ locũ tenent: quas ſic exoſas habet Deus, vt propter eas Hieruſalem vrbẽ ſanctã ſuam, tẽplúmque eximium ſpoliari, & ſolo æquari paſſus ſit: authore Propheta Eſaia: Eſa. 3. *Ruit Hieruſalem & concidit Iudas, quia lingua eorum & adinuentiones eorum contra dominũ, vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Veniamus ad criminis huius amplitudinem & ea quæ ex illo ſequuntur. Chriſtianorum fides ac religio, (quemadmodum vnicuique ex ſcripturis perſpicuũ eſt) rebus diuinitus reuelatis innititur: ob idq; multa ſenſibus & iudicio carnis, ſi non aduerſa certè, extranea & peregrina cõplectitur. Vnde maxima pars hoĩum (quæ magis ſenſu quã ſpiritu ducitur) ſeſe admiſcente curioſitate*

quæ nouarum rerum desiderio trahitur, facilè aurem præbet hæreticijs scripturarum iugulatoribus & cauillatoribus strenuis: qui proponentes illis sensibus peruia, & experimento veluti putant cognita, paruo momento eos traducunt à fide orthodoxa patrum: & eisdem suum errorem veritatis prætextu instillant: præsertim viris qui sanam doctrinam non sustinentes ad sua desideria coaceruant, & cooptãt sibi magistros prurientes auribus: viris dico popularibus, ventri & voluptatibus deditis, & paucis secularium humanarúmque literarum studiosis: qui limites suarum artium transgressi, inquirere de mysterijs & arcanis fidei curiosius volunt: cùm tamen scripturæ passim homines prohibeant ambulare in magnis & in mirabilibus super se. Imprimísq; Ecclesiasticus ijs verbis: Altiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper: & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus, nõ

Eccle. 3

est

est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, videre oculis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: plurima enim super sensum hominis ostensa sunt tibi, & multos supplantauit illorum suspicio. Et alibi: Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, sic scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Ad hunc modum nebulones tenebrionésque nostri à gloria cælestis disciplinæ oppressi, oculis caligantes, & veritatis lumen subterfugientes, ad obscuras ac turbidas literarum humanarum lacunas diuerterunt: linguis acuendis & efformãdis, magis quàm sensibus eruendis dediti. Mox de calice Babylonis inebriati, quocũque trahit voluptas, vel rapit tempestas, vagantes, falcem in messem alienam mittunt: & (vt similes habeant labra lactucas) quicquid in scripturis vtriusque testamenti verbi aut lectionis ambiguitate, interpretationum varietate, vel opinionum dissensione, comperiunt

riunt rimis & cauillationibus patere, id in suam perniciem seligunt, vnde errores suos confirment. In quo mihi scarabeos referre videntur, qui tot spretis floribus, herbísque odoriferis, stercoribus fodiendis occupãtur: vel certè araneos vermes, qui ex floribus mellifluis sua toxica trahunt. Ad quorum morem illi, quod ex scripturis vsurpant, sua malignitate in fecem & toxicum vertunt: tametsi nihil feculentum venenatúmue contineant scripturæ. Si sanam scripturarum sententiam vsurpant, id sanè faciunt nescio quo fuco fraudis occultãdæ gratia, prout notauit poeta Christianꝰ in Costide ijs versibꝰ.

Bapt. Mantua in Cost.

Hæresibus sacram legem Tritonia Pallas
Implicat, & veris fucat mendacia dictis.

Lucretius.

Ac veluti pueris absynthia tetra medentes
Cùm dare conãtur, prius oras pocula circũ
Aspirant mellis dulci flauóque liquore.

Sacris itaque scripturis violenter & tortuose nonnunquam etiam truncatæ ætatis cum rationibus à sensu tractis, sua placita

vt

vtcumque confirmantes seu potiùs adumbrantes, pseudoprophetæ nostri, carnales & ventri luxuíque addictos homines pelliciunt, vt doctrinæ nouæ quæ in libertatem carnis, imò verò in liberum omnium vitiorum pelagus mittit, astipulẽtur, cùm tamẽ apostol⁹ aduersus libertinos istos clamet: In libertatem vocati estis: tantùm libertatem ne ĩ occasionẽ carnis detis. Hac armatura, ijsque telis instructi ter miseri homũciones, linguas suas fuco Rhetorico exacuẽtes, principio in cõuiuijs choríque mulierũ, in quibus frequentes sunt, traditiones patrum, et pios ecclesiæ ritus abolere studeant. Mox sacramentorum veritatem sanctitatémque vellicãt: ac deĩceps scripturæ canonicæ, generaliumq; conciliorũ, atque adeo sanctissimi pontificis Romani authoritatem ac potestatem in multam perplexitatem reuocãt. Ibi exurgit nouus Cham, qui patris matrísque nuditatẽ non vni atq; alteri reuelet, sed palã in tectis quæ latebant, nequiter deprædicet. Ad Gal. 5. Gen. 9.

Et

Et ecclesiarum ecclesiasticorúmque abusus, quos in dies larga vbertate lachrymarum prosequuntur viri catholici, longè latéque aggerans, immutationem hierarchiæ ecclesiasticæ persuadet: & sexcenta alia, quæ nõ est narrãdi locus. Si cui videt obriguisse frõtem, ac displicuisse quæ inter epulas tractabantur, excusationem sibi in promptu fabricant, astuti homines: prætexúntque se ista mouisse discendi atque inquirendi studio: aut alterius commenta sibi aliquando proposita retulisse: non quòd illa sit eorum sententia. At verò si quam matronam vel idiotam simplicem suis sermonibus irretitum animaduertant, sollicitè illos in sua doctrina fouere & continere satagunt. Iámque familiaritate ac societate cum illis inita, miris modis fratribus suis (sic enim eos vocãt) applaudantes, sensim doctrinæ suæ venena illis infundunt: codicillos rudimentorum, & nouæ fidei catheciſmos, atque institutiones elaboratas pro pœnis recentis amicitiæ

largi

largiuntur. Maioris demum promotionis gratia, eos ad ſuæ factionis primores, ſynagogámque ſuam manu ducunt, & nouos proſelytos ſibi creant. Sic infælix Eua, dum aurem ſerpentinis ſibilis aperit, mortiferum virus attrahit. Sic Abel. i. vir alioqui Gene. 3.
ſimplex & innoxius dum per deuia agri et Gen. 4.
nemorum deſerta fratrem Caynum incautus imprudénſque ſequitur, relicta via antiqua & regia, repetito parricidalis maxillæ ictu, deteriùs in anima, quàm ille vetus in corpore trucidatur. Cúmque iſta omnia elanculum moliantur aſtuti homines, apud catholicos orthodoxóſque viros conſtanter diſſimulant, & pro religioſis, euangelicíſque et apoſtolicis viris haberi volunt: cùm nihilo meliores ſint ipſo angelo Sathanæ, cuius exemplo ſe quoque in angelos lucis transfigurant. Quia ſimulatione atque hypocriſi dæmonica, primùm prouïciarum ciuitatúmque angulos peruaſerunt: mox creſcentibus eorundem ſectis, Bohemiam propè totã, &

Sa

Saxoniam, Genebas, Lauzanam, & alias pleraſq; Heluetiæ vrbes ſuas fecerũt. Nunc paucæ ſunt ciuitates in Italia, Germania, Anglia, & (quod inuitus pronuntio) noſtra Gallia: ad quas (ſi aliquid nominis & gloriæ habẽt) non peruenerit hæc nefandiſsima Erymnis, ſuo veneno cuncta funeſtãs. Adeo oẽs faciles & cærei ſumus in vitia. Adeo ſeſe profundit & dilatat fallaciæ malũ. Cuius propagationis facilitatẽ notãs Apoſtolus

2. Ad Tim. 2. *ait: Prophana autem & vaniloqua deuita: multùm enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit. Et quid mirũ ſi ſic multiplicetur & ſerpat impietas, cùm libros, bibliopolas, Academias & profeſſores ſuos in omni terra vindicet? Quæ partim religionis tepiditate, partim timore ſeditionis ac commotionis publicæ, partim prælatorum iudicúmque negligentia & puſillanimitate tolerantur. Hæc verò omnia nullo negotio deprehẽdet quilibet rebus publicis eſſe perniciosiſsima, qui ſibi perſuadebit primum*

mum reipublicæ fundamentum esse Religionem: qua magis continentur, magísque sibi mutuò vniuntur ciues, quàm vel mercimoniorum cõtractibus, vel iuris ac Legum cõmunione, aut alia quauis ciuili societate. Nã & iura legésque oẽs ac mores vrbium, siquid iustitiæ vel æquitatis habẽt, ex ijs pietatis religionísque fontibus trahunt. Vsque adeo, vt nulla vnquàm Resp. stare potuerit, quæ non haberet sibi præstitutã religionem, vel verã vel simulatam: in qua omnes vno consensu conquiescerẽt. Ob ídque ferè accidere videmus nullam vnquàm turbulentiorẽ tempestatem alibi oriri, quàm cùm incidit de summa religionis in animis hominũ dissensio. Cùm enim in furtis, rapinis, cõtumelijs, & mutilationibus vlciscendis homo iuri suo legitimè cedere queat, in hoc dũtaxat criminis genere sine noxa cedere non potest: sed quẽadmodũ est ĩ puerbio, ibi tanquã p aris et focis cõtẽdere oportet. Nec permittẽdũ vllo modo, vt siquis auitæ religioni maiorúm

que

que cæremonijs detraxerit, impunè ferat: net singulis nouam superstitionem sibi effor mantibus, disparitate cultus, status public⁹ dilabatur & corruat. Quæ pietatis tena citas cùm omnibus gentibus sit naturalis ac genuina, apud Christianos imprimis vale re debet, apud quos vniuersa fidei religioníſ que mysteria sunt tam claris atque euiden tibus argumentis confirmata: tantis mira culis comprobata, tanto denique martyrũ sanctorúmque labore protestata. Verùm omnium maximè apud Gallos: quorum Reges semper summi Christianæ pietatis obseruatores ac propugnatores habiti sunt: ita vt Christianissimorum Principum no men ac laudem omnium populorum consen su obtineant, quorum ni fallor, studio pieta tis accidit vt (quod astruit Hieronymus) vs que ad Iouiniani tempora (vtinam etiam vsque ad nostra) Gallia monstris hæreseon caruerit. In cuius scripti commemoratione vos vos appello, ò Diui tutelares, & sancta

pro.

prouinciæ noſtræ numina: Téque in primis Dionyſi pater & Gallorum apoſtole: qui Petri, Clementíſque iuſſu cum Ruſtico & Eleutherio clariſsimã Lutetiæ vrbem ingreſſus, prima eius quæ eſt in Chriſtum pietatis ac fidei, plantaria poſuiſti: & ipſe eorundem radices tuo ſociorúmque ſanguine irrigaſti: Te quoque Carole, modis omnibus magne, qui Chriſtianorum fines propulſatis vndequaque Turcis, enſe tuo victore amplificaſti: Te beate Ludouice, cuius fidei integritas corporis Chriſti in ſacramẽti nube veritatem tanto ſtudio commendauit: Te Genouefa, cæteríque omnes diui ac diuæ, quos aliquãdo nutriuit hæc regio: veſtro quæſo, apud Deum interuentu facite, quatenus repurgata omni ſciſmatum errorúmque ſpurcitia, in eo ſanctitatis ac pietatis, ſplendore in quo illam reliquiſtis, terra perſeueret. Græcorũ eccleſia principio cum noſtra Romana vnanimis fuit: & quãdiu hæc pax durauit, in ſummo virtutum om-

nitúmque bonorum nitore, ſummáque trã-quillitate perſtitit: verùm ex quo ſubintrauere noxia zizaniorũ ſemina, & peculiares ritus, cõtumacius vſurpare præſumpſit, ſeſe à germanæ & ſororis ſuæ neceſsitudine ſubtrahens, mox in ſemetipſam armari & varijs ſeditionũ turbinibus affligi cœpit: ac deinceps externis bellis cõſumpta atque extincta corruit miſerabiliter ſupraquã dici queat. Cuius clades nos admonere debet, ò Principes & populi Chriſtiani, in ijs rebus, quæ Dei cultum ac religionem concernunt, ſummo cõſenſu ſummaq; pace verſandũ eſſe. Ne ſi iſti opinionum varietati pertinaci inhærẽtes inuicem mordeamus, tande quoque ab inuicẽ cõſumemur, & eccleſia noſtra ſicut & illa diſpereat, aut ſaltẽ in cõfuſionẽ deſolationẽq; illã maximã cadat, quã ſcripturæ memorãt Iſraeli & Iudæ ſuperueniſſe: qui propter eadẽ crimina, ſed tẽporibus ſucceſsiuis, Deo ſui deſertionẽ & nouorum Deorũ veneratione aſcitã vlciſcẽte, barbaro

rum

rũ potestati traditi in Niniuẽ & Babylonẽ trãsmigrare cõpulsi sunt. Iã verò mecũ perpendãt omnes serui Dei, quãuis ab apostolorũ tẽporibus varias persecutiones sustinuerit Ecclesia, nũquã æquè grauiter fuisse à Turcis, Iudæis, Saracenis & Tyrãnis atq; infidelibus afflictã, quàm ab hæreticis & apostatis: qui quantũ seditionis ac turbarũ excitarint in Christianismo, facilè agnoscat quilibet historiæ studiosus, ex gestis pernicio sissimi sq; factionibus Iuliani apostatæ, Arrij Manichæi, Donati, Marcionis, Fausti, Vigilantij, Iouiniani, pauperum de Lugduno, Templariorum, Hussitarum, Bohemorũ, Lutheranorum, quorum obduratus obstinatúsque animus tantum sudoris, tantum mœroris ac luctus (nam de fortunarum iactura conticeo) orthodoxis & legitimis ecclesiæ filijs attulit, quantũ nunquã à gẽtilibũ gladio receperant: in quibus verè exploratũ habemus nullũ capitaliorem aut magis formidabilẽ esse hostẽ familiari ac domestico.

Senſiſti ni fallor, Henrice, ſenſiſti, nec diſſimulare potes quantum impedimenti rebuſ publicis afferant hæreticorum conſpirationes. Nam & ſuperiore anno cùm negotio vrgente comitia armatorum Pariſijs cogeres, illis vſurus, ſi neceſſe eſſet, ad repellendum de finibus Picardorum hoſtem: pridie comitiorum conuenerunt magno numero perditiſſimi homines nocte intempeſta, in domum mali conſilij: quid acturi, norunt Iudices & aſſeſſores tui: ſed quantùm conijcere poſſum, illud præcipuè erat in animo, vt poſt ſcelerata orgia, in caput tuum & ſalutem publicam iurarent: nam & libellos de ea re communicatorios in tuo quoque palatio ſparſerunt. Et hoc anno 1558. in ipſo temporis procinctu, quo comparabantur vtrinque acies ad conflictum, comitia noua Lutetiæ ab illis habita fuere, non in domorũ penetralibus, nec in tenebris, ſicut priùs, verùm campo aperto, pleno die, (& ne quid hoſtile prætermitteretur) magno armatæ

manus

manus præsidio, accedente virorum potentum authoritate. Quis quæso hîc bonus ciuis securus esse potuisset? Foris pugnæ, intus timores non mediocres erant: premebat excurrendo & populando aduersarius: & in vrbe Regni principe grassabatur & coniurãdo vulnerabat deterior hostis: vt tibi tuóque consilio facilè non esset dijudicare hostémne persequi, an hæreticos & coniuratos viros profligare deberes. Nunc si verum est quod audiui, cùm sentirẽt gestis superiùs narratis offensum Regis animum, lucos ac densas nemorum vmbras tenere cõstituerunt. Ibi orgia bacchanaliáque sua celebrãtes, veteris idololatriæ superstitionẽ ab inferis reuocant: tandem futuri insignes viarum obsessores, insidiatores, spoliatores ac mactatores catholicorum. Hoc enim agentes obsequium se Deo præstare existimant, qui in illis credunt Deum esse. Hoc quoque ad malorum nostrorum incrementum accedit, quòd exterorum iniuriam Christiani

euadamus vel fuga vel victoria, vel aliquã-to martyrũ ſanguine, hîc nihil tale nobis ob tingat. Nã nec eos cognoſcim⁹ vt vincam⁹, vel eos fugiamus: nec eos martyrij titulo honorare ſolet eccleſia, qui hæreticorum gladio cadunt: quamuis reuera pro martyribus habendi & colendi veniant. Porrò vſqueadeo viuax ac veluti inexterminabile eſt hoc malum, multiplicatis ſectarum generibus, & factionarijs eiſdem fauẽtibus (qui cùm ĩ pleriſque ſibi mutuò repugnẽt, in perniciem fidelium omnes vnanimiter cõſpirant) vt cùm principes hodie illud reſtinguere extirparéque peroptent, non illis pro voto ſuccedat, eueniátque quod olim herculi in expugnatione hydræ accidiſſe referunt poëtæ: vt duobus tribúſue interfectis, plures exoriantur, et ſeſe commonſtrent: quos rationibus vel ſcripturarũ authoritate vix vnquam vel Paulus ipſe cõuincat. Neque

Bernar. Serm. 66. in cant.

enim (inquit Bernardus) rationibus cõuincuntur, quia non intelligunt: nec authorita-

ti

tibus corriguntur, quia non recipiunt: nec flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt: quod nemini nouum vsqueadeo videri debet, cùm in stupendis Dei operibus, hoc quoque nobis considerandum proponat sapiẽs, quòd nemo corrigere potest quem ille despexerit. Ob ídque meritò Apostolorũ doctrinis eos recipere aut illis aue dicere prohibemur: iubemur autem post vnam atque alteram correptionem deuitare. Erant principio magna seueritate plectendi, ne succresceret numerus: nunc nostræ dormitationis mala sustinemus: dum facinorosos & impios homines multitudine confidentes, refractarios experimur, & principi iudicibúsque furtim arma intentantes, libellis blasphemis huc atque illhuc dispersis, statum publicum turbare. Animaduerte hoc loco, Rex Christianissime, & reduc in memoriam quid olim Italia à Gottis & Vvandalis, quid Insubrij & Gallia

Eccle. 7

2 Ioh. 1
Tit. 3

Narbonenſis à Turelupinis, & pauperibus de Lugduno, quid Aſia ab Arrianis, quid ab Huſsitis Bohemia, quid noſtris temporibus à Lutheranis Germania, Lotharingia, atque Anglia paſſæ fuerint, & aliorum periculo potius quàm proprio diſcas, huius farinæ nebulones Regibus & magnatibus (quamuis eiſdem principio blãdiri videantur) ſemper fuiſſe infenſiſsimos hoſtes: & plerumque ſua doctrina nationes varias impuliſſe, vt excuſſo poteſtatũ iugo, ſeſe quàm maximè poſſent, libertati aſſererent, nec principibus ſuis conſueta vectigalia penderent. Hiſque perſpectis & ſtudioſè accuratéque ponderatis, ne & ipſe in parem cum cæteris calamitatem tãdem venias, zelo Dei accenſus, & Chriſtianæ auitæq; ac hæreditariæ pietatis defendendæ ardore inflamatus, vulpeculas iſtas, quæ

Cant. 2. *vineas Chriſti demoliuntur, manibus lictorum tuorum comprehendas. Nec impios ac blaſphemos viuere patiaris: ſed digno*

ſup

ſupplicio coerceas, vltricibus flammis dedas, aut certè lapidibus obruendos populo exponas, ſanctum Moſem imitatus: qui cũ nullam blaſphemiæ pœnam ſuis legibus ſtatuiſſet (putans ni fallor, hominem à ratione nunquam ita alienum fore, vt creatori ſuo blaſphemiæ maledictũ irrogaret) deprehenſum blaſphemum carcere recluſit, Dei iudicium expectans. Cui deinceps reſpõ Leui 24
dit Deus: Educ blaſphemum de caſtris & lapidet eum omnis populus. Quod & in hæreticis quoque iuſtè ſtatuetur: nam & illi ſunt blaſphemi, ſi non etiam blaſphemis nocentiores. Propter blaſphemias Deum iratum ſæpe gentibus peſtis, ſterilitatíſque, & gladij mala immiſiſſe ſcripturis comprobatum exploratúmque habemus. Ob ídque meritò extra multitudinem quam funeſtabat, eijcitur, & à populo lapidatur, qui populo vniuerſo peſtifer & cõtagioſus erat. Sen 111
tio nos iam quaſi imprudentes ingreſſos illam inſtituti noſtri partem, qua polliciti

eramus

eramus deducere, quibus potiſsimùm modis extirpari poſſent hæreſes. Quod dum tibi apparamus Rex, beneuolentia conſueta, & quæ dicturi ſumus, & dicendorũ rationem attende. Quemadmodum in valetudinarijs, morbidis & mutilatis corporibus curãdis, medici ac chirurgi id primùm prouident, vt quàm minimo ægrotantiũ dolore curent: ita Chriſtianus omnis quàm minima fieri poteſt, tum rerum, tum nominis iactura, hæreticos ſchiſmaticóſque omnes à

Augu. epiſt. 50 *laqueis diaboli liberare debet. Quis enim (inquit Auguſtinus) non ſolùm aliquẽ illorum puniri velit, verumetiam aliquid perdere? ſed ſi aliter non meruit habere pacem*

2 Re. 18 *domus Dauid, niſi Abſalon in bello quod contra patrem gerebat, fuiſſet extinctus (quamuis magna cura mandaſſet clementiſsimus pater incõſultæ leuitatis adoleſcentem ſibi viuum reſeruari) nonne iuſto iudicio tibi videtur agere Eccleſia, quæ paucorum eorúmque ſpontaneorũ mortibus paci*

ſuo

ſuorum omnium filiorũ conſulit? Maximè cũ id Deus (cui magis obediẽdum eſt quàm cuiuis hominum conſilio) ſcripturis mãdare videatur. Tulerat partem de anathemate Hierycho Achan filius Charmi: cuius ſcelere offenſus Deus, populum Iſraël permittebat ab hoſtibus cædi: tandè deprehenſum ſacrilegium lapidum grãdinibus & igne in authore & eius domo ac poſſeſsionibus expiatum eſt. Ad cuius exemplum hæreticos quoq; qui & ipſi ſacrilego auſu, Deo & ſanctis ſuã gloriam auferentes quantũ in ipſis eſt, exercitus vrbéſque, & religiones funeſtant, flãmis tradere nemini durum vel abſurdum videri debet: hanc ſiquidem hæreſibus plectendis pœnam deſtinaſſe apparet Chriſtus Ioannis decimo quinto, cùm ait: Si quis in me non manſerit, mittetur foras & areſcet ſicut palmes, & colligent eum, & in ignẽ mittent. Ad hũc modũ hactenus apud Chriſtianos de vinea domini ſunt reſciſsi, & de Eccleſia excommunicationibus eiecti

Ioſu 7

Ioan. 15

Hæ

Hæretici: móxque à potestate seculari excepti, cremati sunt: tanquam noxij & Rei publicæ pestiferi & capitales hostes. Chore,
Numeri 26. *Dathan & Abyrõ cum sexdecim hominũ milibus suæ factionis propter rebellionem illam quam Moysi & Aaroni excitauerãt, partim terra absorpti, partim igne à Deo*
Deut 13 *procedente combusti sunt. Et mandat De⁹ nouatores religionis etiam si prophetæ fuerint, exterminari: tanta districtione præcepti, vt filium à patre, vxorémque à marito, fratrémque à fratre, & amicum ab intimo & necessario suo accusari mandet. Non parcat (inquit) ei oculus tuus, vt illius misereris. Ciuitates autem eo crimine infectas dirui, solo æquari, atque incendio consumi præcipit. Et tam apertis euidentibúsque testimonijs, hodie quæritur scripturæ locus, quo palam fiat comburendos esse hæreticos. In qua tandem vrbe hoc homines stultissimi disputant? Nempe in ea quæ nuper Stephani Doleti, Augerelli, Paralytici, & Ioannis*

nis Berquini rogos vidit. Nec cuique obscurum esse potest, quid cõcilio Constantiẽsi passi sunt, quóue supplicio affecti duo nobiles hæresiarchæ Ioannes Hus & Hieronymus à Praga. Non clam me est mitioribus olim pœnis tortos fuisse hæreticos: ac temporibus Augustini (quod notat Posidonius in eius vita) nonnunquam duabus libris auri, non nunquam exilio & deportatione scelus suũ expiasse. Nam & Constantinus Arrium exilio damnauit, quod nollet adhærere Concilio Nicæno: & Theodosius Imperator clarissimus hæreticos omni bonorum possessione ac successione priuauit: admittens insuper in odium criminis inuisi, de eis post mortem inquiri. Verùm antiquissima consuetudine, apud orthodoxos patres cõperio hæreticos ab Episcopis & ecclesiarum præfectis anathemate feriri solitos, legibus autẽ Imperatorũ ac regũ incẽdio tradi. Quod apertissimè notatur C. Iustiniani de hæreticis & Manichæis, L. Arriani, iunctis glosse mati

Io Hus Hiero. à Praga. damnati Constãtię concilio.

Posidonius.

matibus eiusdē, adeò vt tēporibus Cypriani crematos fuisse hæreticos appareat ex eiꝰ ope re aduersus Nouatianū. Quid quod nec hæ retici hoc negant, sed factis iudicijsq; suis approbāt. Nā Michaelem Seruetū huius criminis reū, ac pertinaciæ cōuictū, nuper Caluini sententia arsisse Genebis, historia recēti de ea re conscripta intelleximus. At verò cessante oī scripturarū ac præiudiciorū virtute, ratione cōuincamus hæresim flāmis iure expiari. Nemini sensus atque intellectus cōpoti dubiū esse potest, quin deteriores offensæ grauioribus supplicijs veniant puniēdæ: modumq; plagarū cōmuniter statui iuxta quantitatē delicti. Si igitur latrones suspendio, adulteros gladio, falsarios monetarum aquis bullientibꝰ, Sodomitas, viarū obsessores, incendiarios modò rotis, modò flammis iustè adiudicamus, quātò magis hæreticos ac blasphemos, qui illis omnibꝰ deteriùs premunt & grauāt corpus publicum? Ad hæc, pœnæ exemplares ad aliorum terrorem de-

Michael Seruetꝰ Genebis combustus.

cer

cernuntur, ne quid simile faciant: vnde quò sunt acerbiores, eò magis à patrandis facinoribus retrahere cõsueuerunt. Qua ratione igitur existimet quis hæreticos dũ igni traduntur, duriter nimiumq; seuerè plecti, qui nec flamarũ horrore à suis erroribus fouendis deterrentur? Qui quamuis hoc ipso Reges ac Iudices crudelitatis accusent, illos sub inde laniſtas, & incendiarios, conuitij gratia appellantes, nihil eis crudelius aut ferocius: qui cũ prædicent nullos homines quantumuis reos & capitales, occidi oportere, verùm ad resipiscentiam expectari, sæpe aliorũ virorũ bonorũ, & innocẽtus plebeculæ, atq; adeo lactantiũ puerorũ mortes animo machinãtur. Nã et ante annos, plus minus octodecim, Lutetiæ cõspirauerãt hoiẽs perditissimi nocte natalis Dominici (qua stramina ad plebis solamẽ tẽplis inferre solẽt) plebẽ Deo supplicãtẽ & vigilias cõsuetas obseruãtẽ fumo & igne suffocare: quo facinore quid inhumanius excogitari potest? Cõcionatorib⁹

ver

verbi Dei, quos sibi paulò infensiores sentiebant, pluries iter agẽtibus insidias posuere. Quidam, vt furibundus erat, & moræ impatiens, venerandum patrem & Ecclesiastẽ eximium Franciscum Picardum in ipso suggestu, vnde verba ad populum faciebat, strangulare voluit: feciſſétque nisi à turba circunstante prohibitus, & templo eiectus suffocatúsque fuisset. Collecta fuerat anno superiore mense Septembri, in ædes mali consilij Sathanæ synagoga: indignata ni fallor, reuerentia illa & deuotione tua, Senatúsque tui ac populi Parisiensis in sacram Eucharistiam, O Rex, quam lustrationibus ad tẽplum Deiparæ virginis paulò antè conspexerat. Vbi funestis comitijs, post execrandos cœnæ ritus, concluſum fuerat de comburenda Sorbonicorum bibliotheca, quæ Synagogæ contigua erat, déque miscendis in vrbe incendijs. Verùm Deus religioni & Sorbonicorum Parisinorúmq; rebus prospiciens, temerarios ausus prohibuit:

buit: nefaria consulta retexit, & scholam iniquitatis, quæ virorum ac matronarum, tyronúmque ac tyrunculorum tr cetos aut eò plures habuit, reuelatam populo instigan te, manibus Censorum tradi voluit: expe-ctans in re nefandissima hominum iudici-um, sed suum reseruans. In quo iudicio ô Reges & Principes terræ, ô Senatores & Iudices populorum, videte quid agatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit: quamquam non solùm di-uina, sed vestra ac totius Reipublicæ ma-gis agi videatur. Cuius salutem atque in-tegritatem tandem tollent veteratores isti, & nouatores superstitionis iampridem ob-soletæ, nisi præsentibus periculis occurra-tur. Tradit author supplementi Chroni-corum sub annum domini 1298. prophanos atque execrabiles fratricellorum cul-tus, non istis dissimiles, deprehensos ac damnatos fuisse. Hi speciosiores quasque

viduas ac virgines ad ſpeluncas & ſubterranea quædam latibula, (proſtibula dicere volueram) pelliciebant: vbi noctu diuinas quidem laudes Chriſtiano more decantabant: quibus finitis ſacrificuli eorum alta voce admonebant binos maſculum & fœminam, Spiritu ſancto inuocato, coniungi miſcerique oportere: poſt quod edictum luminibus extinctis, quiſque virorum proximam mulierem proſternebat ſibi. Et ſi ex huiuſmodi complexu fortè aliqua mulier concepiſſet (vt nonnunquam meretriculæ vel inuitæ concipiunt) infans genitus mox in ſpeluncam portabatur. Ibíque per manus ſingulorum inſtar vaſis fictilis, iactabatur: donec miſeram animam exhalaret: íſque in cuius manibus infantulus expirabat, ſummus eorum pontifex diuino (ſicut aiebant) ſpiritu creatus habebatur. O malè ominatũ ſacerdotij auſpiciũ! O infœlices hymeneos! O funeſtos & verè proſerpineos cultus! Qui deinde naſcebantur manibus laniſta

starum sacerdotum prunis assabantur, reuocata de profundo baratri veteri illa superstitionis carnificina, quam abominatur & condemnat Deus Hieremiæ septimo: Incendebant filios suos & filias suas igni: quæ non præcepi nec cogitaui in ore meo. Hier.7. *Et psalmo 105. Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs: & effuderunt sanguinem innocetem, sanguinem filiorum et filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam. Collectum demùm assatorum artuum puluerem in vasculum mittentes, vino superfuso macerabant: quo nouitios & huiusmodi sacris execrabilibus initiatos, religiosè potare compellebant. Vasi Bariloto nomen erat à crudeli superstitione positum. Viguit autem hæc pestis in Picena regione. Sed & Mediolani fuit Guielma quædam, quæ multorum iudicio sancta habita, cum marito Andræa eiusdem superstitionis fautrix fuit: hæc more presbiteri (nam apud* Psa.105.

eos omnes indiſcriminatim cuiuſcunque ſexus atque ætatis fuerint, ſunt ſacerdotes) veſtita ſacerdotalibus, capite raſo, ſacris altaribus aſtabat, precéſque fundebat: quibus expletis conclamat venefico ore: Adunamini, adunamini, lumẽ ſub ſextarios ponite: & quæ ordinauit Deus, facite. Status autem hebdomadæ diebus, litabat limphatica ſacerdos: qua demortua ſuperuixit nihilominus impietas, perſeuerauítque donec per Conradum quendam, qui vxorem furtim fuerat ad ea ſacrificia ſecutus, res omnis in lucem prodijt: acdeinceps per inquiſitores & iudices integerrimos, ſupplicio condigno punita fuit, plurimis incendio traditis: Hermano quodam & Guinolma, qui pro ſanctis colebantur, exhumatis: & eorundẽ oſſibus in cineribus redactis. Hoc eſt Rex Chriſtianiſs. ſcholæ huius recentis initii: Scholæ, dico, oĩum malorum inuẽtricis ac nutricis: quæ dum cœnã celebrat, veritate corporis & ſanguinis domini in ſacramento

mento altaris ſanctáque ſynaxi negat: dū à cœna nefandis cōplexibus indulgēs, luxui atque intemperantiæ habenas laxat, non modò legis veteris ac nouæ, verùm naturæ iura omnia peruertit. Ecquis enim pſtrata hoc modo honeſtate maritali, certus de prole & legitimo hærede eſſe queat? Vt interim taceam de inceſtibus, qui ibi committuntur: Nam in tantis tenebris, tanto luxuriæ æſtu, tanta denique quodlibet agendi impunitate, poteſt & pater filiam, & filius matrem, fratérque ſororem inire. Vtinam deficiente compare non etiam iſthic maſculus maſculo, fœminæq; fœmina congrediatur. Ibi diſcit puella peruerſo matris exemplo, quæ neſciuiſſe tota vita præſtiterat. Ibi puer adoleſcentulus pædagogo authore, pro ſuauiſſimo pietatis lacte, ſuggit errorum & impietatis toxica. Ibi conſpirant lenones ac lenæ in virgines Deo conſecratas. Coniuges iurant in mortes maritorum: & tota ſimul comitia in ſalutem hone

ſtatęq; publicã armantur, animo meditãtes ac ſtudioſe requirentes, qua via poſſint magiſtratus ſibi infenſos vel extinguere, vel dignitatibus ſummouere, vt viros ſuæ factionis eorũ loco ꝓmouentes, politiæ habenas teneãt, ſummotis legitimis rectoribus ac ciuibus vrbiũ. Quis ſcit ſi nõ etiã ſimbola conferãt, collectáſq; faciãt, ad intrudẽdũ in tribunalia collegas & cõfratres ſuos? quò & ipſi maiore libertate venena doctrinæ ſuæ ꝓpinẽt, et dẽphenſi patronos ac ſuffragatores ꝓ iudicibus experiãtur? Sic Genebas, Lauzãnam, & alias complures Heluetiæ ac Germani æ vrbes ſuas fecerũt: quod idem in noſtra Gallia tẽtabunt, niſi aſtu eorũ temeritati occurratur, & ſeueritate iudicij eorum reprimatur audacia. Noſti opinor Henrice, nouit conſilium tuum, norunt Iudices & aſſeſſores tui, quantas turbas nuper excitarint in prouincia renaſcentes Valdonis errores. Noſti pauperum Lugdunenſium contumaciam: qui nec Pontificis Romani

man

mandato, nec iudicum timore, à furijs & & incœptis ſuis deſtitêre, donec maieſtas tua delegatis eò aliquot armatorum manipulis, illos ſubiugaſſet. An verò proteſtantes Caroli Cæſaris viros eidem rebellando non maximoperè impediuerunt? An non eiſdem authoribus planè ſenſit, bella inteſtina eſſe omnium difficillima? Hæc eſt hæreticorum pietas, hæc Crocodillorum iſtorum miſericordia: qui cùm miſericordiam in primis commendent, ſtragibus hominum gaudent: & ſanguine humano manus cruentare pro nihilo ducunt. Et nos clementia in malum ſummámque noſtram perniciem abutentes, adhuc ambigimus an incendiarios, blaſphemos, ſacrilegos, coniuratores, & conſpiratores iſtos conſentientibus ſcripturis, incendio tradere liceat? Sed faciamus, non tanta frequentia tantáque facilitate comburi debere: nunquid propterea voluntati ſuæ permittendi erunt, nec vlla vindicta coercendi?

At nunc id paſsim quærũtur catholici, quòd non puniantur hæretici, non quòd non comburantur. Si non ſunt cõburendi hæretici, & vetus illis præſtituta pœna pluſculum rigoris habere cenſetur, non protinus ſit puniendos non eſſe: maximè ſi pertinaces ſunt in placitis erroribúſque ſuis defendendis, vel poſt abiuratum errorem in illum recidiſſe comperiuntur. Niſi fortè Epicheremate non admodum lepido, cum belluinis quibuſdam hominibus concludere velimus hæreticos quidem eſſe puniendos. Porrò, cùm proprium hæreticorum ſupplicium flamma ſit, decretis Lucij pontificis, & Frederici primi Romanorum Regis, qui legem tulerunt de comburendis hæreticis: atque pœna illa horrorem adferat noſtri ſeculi hominibus: propterea poſt carcerem, & abiuratum quoquomodo errorem, liberos eſſe relinquendos. At verò ſunt aliæ mitiores pœnæ: ſunt genera mortis diuerſa: ſunt mulctæ nummariæ atque honorariæ,

ſunt

sunt deportationes & exilia: cur saltem ijs non vindicatur Christus, cuius causa vsque adeo bona atque approbata est? Cur de ducentis trecentisue hæreticis, qui vnius mensæ, ac scholæ participes erāt, tam raros mulctatos conspeximus? Cur non cum supplicio mulctatorum innotuit populo & supplicij causa? Cur in nouis eorum comitijs vsque adeo cōniuetur? Obmurmurat populus, negat Deo, sibi & religioni esse satisfactum. Suspectam habet iudicum fidem ac religionem. In vna tuæ fidei præstantia & pietatis sinceritate conquiescit, ò Rex: vide ne in re tam sancta pio populorum zelo desis: & si hoc regni tui sceptrum saluum atque incolume permanere tibi velis, tu quoque zelare pro domo domini Dei tui. Necessitas enim summa earum rerum tibi incumbit: quia Rex es, & quia Rex Christianissimus es: adeo vt nec vxori tuæ, nec liberis tuis, si in eo crimine deprehederentur, te parcere, aut suam causam tuæ postponi velit Deus,

Rex

Rex regum & dominantium dominus. Hîc mihi audire videor insidiatrices atque adulationis plenas voculas, auribus tuis obstrepentes. Hæretici numero conualescunt, multi hodie apparent & in ijs quidã clari genere, & potentes authoritate. Vnde timendum est cùm nobis difficilia immineant bella, ne si seueriùs in eos decernatur, excitetur seditio: aut confœderatos sociósque nostros earundem opinionum fautores, nobis infensos reddamus. Ad hæc multorum est simplex & modicus error, & cùm in vno duntaxat articulo à catholicis dissideant, in reliquis consentiunt. Ista, Rex, nihil dignitatem tuam mouere debent. Nam quod ad multitudinem attinet, nunquam numero diminutum te offendet hostis, si Deus tecum fuerit: cui non est difficilè, vincere vel in paucis vel in multis. Heli

4 Reg 6 *seus cum seruo vnico, præsidio curruum atque equorum ignitorum sibi cœlitus demissorum, furias Regis Syriæ euasit.*

O si

O si hic Deus oculos quoque tuos aperiat, sicut & pueri illi ad videndum exercitum Dei viuentis pro te stantem contra impugnatores & hostes tuos! Nosti qua ratione tutus olim fuerit à violenta Sannacherib rabie inclytus ille Rex Ezechias: nec clam te est qualiter Rex Iosaphat trium fortissimorum exercituum spolia reportarit, nullo damno aut vulnere suorum. Hic certè digitus Dei erat: in quo Rex, te confidere oportet, magis quàm in brachio & arcu tuo. Si Deus tecum, quis aduersus te pugnabit? Tecum autem reuera erit, si eum timueris, eiúsque partes & causam tuearis, nec patiare militiam tuam huiusmodi hæreticorum & blasphemorum monstris inquinari: qui si transfugerint ad hostes tuos, nihilo plus præsidij illis adferent, quàm sacrilegus ille Acham militibus Iosue, quo præsente nunquam hostilem impetum sustinere potuerũt: non alia ratione quàm quòd virũ

4 Reg 19. 2. Paralip. 20.

ana

anathema & sceleſtum in ſuo comitatu haberent. Quòd ad genus ciuilémque potentiam pertinet, nec hoc ſatis vehemens argumentum eſt, vt te ab hæreſeon punitione retrahat. Sed valere debet apud te, & adhuc in auribus tuis ſonare illud, Si voluerit tibi perſuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, ſiue vxor, quæ in ſinu tuo eſt, aut amicus quem diligis ſicut animam tuam, clam dicens: Eamus, & ſeruiamus diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, non acquieſcas ei nec audias eũ, neque parcat ei oculus tuus, vt miſereatis, & occultes eum. Sit prima manus tua in eum, & poſt te mittat manum omnis populus: lapidibus obrutus morietur. Sed quid ſi Ciuitas vel Prouincia vna tota peruerſa ſit hæreſibus? Nunquid (inquis) ibimus, & pugnabimus contra fratres noſtros filios Beniamin? Qui nuper in domo Dei cum conſenſu ambulãtes, nobiſcum mãducabãt panẽ, & dulces capiebant cibos? Talem quoque

Deut. 13.

vrbem oppugnare & solo æquare tibi mãdat Deus, si aliter reduci nequit ad cor & eã quã recepit, fide. Vbi tamẽ misericordiæ nũquã obliuisci oportebit, & liberadis innocẽtibus ac resipiscẽtibus quàm studiosissimè incumbendum erit, cõsilio Poëtæ:

Cuncta prius tentãda, sed immedicabile vulnus Ouid. 1. Meta-
Ense rescindendũ, ne pars sincera trahatur. mor.

Aduersus eos qui modicum ac leue peccatũ existimant in solo fidei articulo, aut paucis axiomatibus theologicis delinquere, est verbũ Sancti Iacobi: Qui deficit in vno, factus Iacob. 2.
est omniũ reus. Nemini enim vera est fides, nisi cui & pariter integra fuerit. Neque enim diuisus est, aut diuidi potest Christus. Et qui non est cũ eo, contra eũ esse conuincitur. Deus se toto magnus est, ideóque cõtra eum eiúsque mandata ac testimonia, nulla parua culpa duci potest. Ad hæc qui fide suã vni scripturæ canonicæ versiculo derogat, is prorsus scripturis suam authoritatem aufert, quæ tota ab Ecclesia pendet: cui si non

cre-

creditur in vno, quomodo in alijs credetur? Quapropter nec hæc satis legitima excusatio ad retrahendum te vel Iudicces tuos ab hæreticorum hominum animaduersione.

Origen. homel. 7 in Ezechiel, Ambro. lib. de fide contra Arrianos.

Immo verò si Origeni & Ambrosio credimus, multò nocentior est hæreticus bonæ vitæ: & plus in doctrina sua authoritatis habet eo qui doctrinam conuersatione maculat: nihilque periculosius esse potest eo qui per omnia integrè decurrens, vno tantùm verbo, quasi veneni gutta meram illam ac simplicem dominicæ apostolicæq; traditionis fidem inficit. Vnde vehementer cauendũ est, ne vel sensibus vel auribus nostris huiusmodi aliquid latenter se insinuet: quia nihil tàm cogit in mortem, quàm quod sub obtentu fidei fidem violat. Quemadmodũ enim gypsum aqua permixtum lac colore mentitur, ita hîc per verisimilem cõfessionẽ traditio inimica suggeritur. Qua de re in multis non similitudo confessionis, sed sensus mentis ponderandus est: quo confes-

sio

sio ipsa firmatur. Hæc est veteratorum decipula, hoc est Sathanæ aucupium. Frigidus, ò pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. Virgil. in Buc. 1, 10ã, 4, *Nolite omni spiritui credere: sed tentate si ex Deo sunt, priusquam illis temerè credatis. Omnia probate: quod bonum est, tenete: ab omni specie mali abstinete vos. Sic elidetur scorpionis aculeus: sic caput antiqui serpentis sub pedibus vestris conteret Christus.* 1. Ad Thess. 5 *At zizania, dicit aliquis, hoc calamitoso tẽpore vsque adeo increuerunt, vt triticum suffocent ac deprædentur. Et ad eximij poëtæ sententiam, Infœlix lolium ac steriles dominentur auenæ. Proinde verendum ne cum zizanijs simul eradicetur & triticum & hæreticorum coertio in iudicij æterni messem differenda, prout concludere videtur Christus. Huic respondet Augustinus Hypponensis, satis dominum hac Parabola ostendere, quòd cùm metus ipse non subest, sed omnino de certa frumentorum stabilitate securitas manet,* Virgil. in Georg. Mat. 13, Auguſt. Heb. 3. contra exiſt. Parme.

non

non debet dormire ad puniendam hæresim ſeueritas diſciplinæ: in qua tantò efficacior emẽdatio prauitatis, quantò diligentior fuerit confirmatio charitatis. Nunc verò quid periculi catholicis imminet ex hæreticorum damnatione? An non potiùs inde ſequitur infidelitatis odium, & veritatis euangelicæ obſeruatio? Sed plerũque accidiſſe vidimus, vt dum hæretici in tormentis patienter ferendis conſtantiam martyrum referunt, puſillis & plebeis eſſent ſcandalo. Sic diabolus in angelis ſuis ſanctorum ementitur pietatem. Verùm, quemadmodum ſcribit

Cyp. ad Nouatianũ.

Cyprianus ad Nouatianum, cum Deo manere non poſſunt, qui in eccleſia Dei vnanimes eſſe noluerunt. Ardeant licet flammis & ignibus traditi, vel obiecti beſtijs animas ſuas ponant, non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ, nec religioſæ virtutis glorioſus exitus, ſed deſperationis interitus. Occidi talis poteſt, ſed coronari non poteſt.

Bernar. hom 66 ī Cãtic.

In hanc ſententiam Bernardus in Canticis

ſcri

ſcribit ad paruulorum inſtructionem. Mirabantur aliqui quòd non modò patienter, ſed læti vt videbatur, ducerentur ad mortem. At non inde mirandum ſi aduertatur quanta ſit poteſtas diaboli, non modò in corpora hominum, ſed etiam in corda, quæ ſemel permiſſus poſſederit. Nonne plus eſt hominem ſibi inijcere manus, quàm id ab alio libenter ſuſtinere? Hoc enim potuiſſe diabolum frequenter experti ſumus in multis, qui ſemetipſos aut ſubmerſerunt aquis, aut ex ſublimi præcipites dederunt, aut laqueo ſe ſuſpenderunt. Nihil ergo habet ſimile patientia Martyrum, & pertinacia hæreticorum: quia in illis pietas, in iſtis cordis duritia operatur mortis contemptum. Proinde non opus eſt multa aduerſus eos dicere, ſufficit innotuiſſe vt vitentur. Melius tamen foret, quòd gladio huius, qui non ſine cauſa gladium portat, perirent, quàm vt multos in ſuum errorem trahere permittantur. Hæc Ber-

nardus. Iungamus istis si placet, quæ refert venerabilis Doctor N. Pikius libri primi sui operis capite quinto, expandens illud Matthæi septimo. A fructibus eorum cognoscetis eos. Qui perpendit (inquit) opera hæreticorum, in illis clarè agnoscit artes, vim & potentiam Sathanæ. Vidit nuper Amsterdama viros & mulieres aliquot: qui omnis honestatis & pudoris oblìti, bacchantium more nudi & velati phanatici & mente capti horribiliter vociferantes tota vrbe discurrerent: in quibus erant, & vterum gestantes, prouectæq; ætatis mulieres, & eleganti forma puellæ aliquot: quæ paulò post interrogatæ in carcere, quid ita indecoræ, ita omnis verecundiæ sui sexus oblitæ, inaudito more sic discurrissent nudæ per vrbem (quod honesta mulier sola in suo cubiculo verecundaretur facere) nil aliud responderunt, quàm quodã sensu interno, cui resistere non possent, se ad id fuisse coactas. Quæ deinde etiam tripudiantes, &

N. Pikius, Matt. 7.

pro

pro ſuis interfectoribus orantes, ibant ad ſupplicium. His ipſis diebus vidit eadem Ciuitas multos coniuratos in necem innocentium ciuium, in tam celebris & opulentæ vrbis excidiũ & internecione: attamen ipſi notorij, ſiccarij, parricidæ et perduelliones i ipſo crimine poſt armis occupatum nocte intempeſta forum, & prætorium, poſt trucidatum cum multis ciuibus Conſulem, comprehenſi, æqua animi conſtantia & alacritate perinde quaſi nihil cõmiſiſſent mali, quaſi pro veritate fidei & religionis mortem oppeterent, ſupplicia pertulerũt. Quod quis nõ apertè videat & clariſsimè intelligat excæcatæ mentis, & diabolicæ obſtinationis fuiſſe duritiem? Nihil ergo puſillos aut rudem plebeculam mouere debet hæc falſa virtutis imago, & vmbratilis conſtantia hæreticorum in perferendis ſupplicijs: qui ex quo primæ fidei quam in Baptiſmo dederant, & obedientiæ matris Eccleſiæ abrenunciant, in poteſtatem diaboli veniunt:

à quo dementati in omne genus vitij distra huntur, non secus quàm ille Euangelicus porcorum grex, in quos intrauerat permissu Christi legio, perpræceps cucurrit in mare. Quisquis enim ab Ecclesia separatur (inquit Cyprianus) adulteræ iungitur & à promissis Ecclesiæ segregatur: nec pertinet ad Christi præmia, qui Christi relinquit domum. Alienus est, prophanus est, hostis est: habere iam non potest Deum patrem, qui ecclesiam non habet matrem. Nec verò hîc mihi quisquam obijciat temporibus Apostolorum & primordio nascentis ecclesiæ, non fuisse combustos hæreticos. Egregia nimirum non est, sed admodum friuola obiectio. Tunc passim Sancti martyres & Christianæ fidei assertores mactabantur, et Reges prouinciarúmque rectores Idolis seruiebant: & tunc corripiendis hæreticis vacasset Ecclesia? Hoc tempus erat patientiæ, ad perferenda pro fide supplicia: non autem iustitiæ, ad inferenda: quod nunc primùm

Cyprla. de simp. Prælatorum.

tempore

tempore Constantini obtinuit Ecclesia. Veruntamen quia fratres nuper erant, qui dolo mali Dæmonis hostes facti sunt, cesset contentio omnis de suppliciorum immanitate, cessent flammæ atrocis horroreꝫ, prospiciamúsque magis quomodo nulli erant hæretici, quàm quomodo puniantur. Viam si placet, quæramus, qua conuertantur & redeant ad cor errones nostri, potius quàm pœnarum experiantur seueritatem. Fratres nostri sunt, caro nostra, & sanguis noster. Ideóque nos imitatores patris cælestis (qui nõ vult mortem peccatoris, sed magis conuertatur & viuat) esse conuenit, nec illis ex animo malè velle. Quæramus lachrymosis precibus ad Deum, vti illis commonstret vias vitæ, nobis verò methodum suggerat, qua conquiescat omnis hæretica prauitas, & ranæ istæ ac ciniphes de finibus nostris propellantur. Ante omnia sunt inuestigandi hæretici, quatenus ab erroribus suis reuocẽtur. Indaginis autẽ cùm

Auguſt. lib. contra mendacium, *plures ſint viæ, hæ duæ, teſte Auguſtino contra Mendacium capite ſexto, ſunt omnium fœliciſsimæ, vt ab eis quos ſeducére voluerunt, nec potuerunt, vel ab eis quos iam ſeduxerunt, reſipiſcentibus, conuerſiſque mõſtrentur. Cuius rei ergo, legitimè populo indicere poſſunt Prælati ſub pœna Anathematis, ad ſe deferant conſcios ac ſuſpectos hæreſeon. Proponere autem delatoribus præmia vel partem fiſci, aut imitatione facti Iehu quarti Regum decimo, ſubornare homines qui ſe hæreticos eſſe, fingant, ad deprehendendam aliorum hæreſim, non vſquequaque probauerim. Conuerſioni dandus eſt locus: nec adeo debent inueſtigari hominum delicta, quàm inuenta cum miſericordia puniri: niſi forte emergentibus ſcandalis publicis, quibus occurrentibus, manibus pedibúſque enitendum erit, vt authoribus deprehenſis, quàm citiſsimè res patitur, condigna ſeueritate crimen omne repurgetur.*

Me

Methodi autem plures sunt extirpandæ hæreseos, infidelitatis & blasphemiæ: inter quos mihi primum locum tenere videntur Concilia vel generalia vel prouincialia, in quibus etiamnum hæreticorum schismaticorúmque rationes audire proderit: nõ vsque adeo vt disputatione eorũ animos flectam⁹, quàm vt eorũ cõsilia ĩtelligamus, et abusus quibus Ecclesiã ecclesiasticósq; viros criminãtur, pernoscam⁹ & corrigam⁹. Tollãtur de tẽplo Dei ãbitionis fastus, siticulosus habẽdi ardor, Simoniæ, sacrilegia, lasciuiæ putores, schismatũ diuortia, in eorũq; locũ asciscãtur virtutes illæ quibus principio sese gẽtibus oĩbus admirabiles venerabilésque reddidere Christiani. diuitiarũ cõtẽptus, humilitas, simplicitas, modestia, benignitas, Castitas, & q̃ vniuersa superat charitas: quò tã de sanctitate & cõuersationis honestate lucẽtibus cleri nostri moribus, obmutescere faciamus imprudẽtiũ hominũ ignorãtiã, & in eo quod detractãt de nobis tãquã de male- 1. Petri 2

lefactorib⁹ ex bonis operib⁹ deinceps nos cõſyderãtes, glorificẽt Deũ & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti: remiſſóque detractionis affectu, eandem fidei profeßionem nobiſcum amplectantur: nam non aliundè potius deliriorum ſuorum fundamenta eruunt, quàm ex morum noſtrorum corruptela. Secundum locum tribuendum putarem perpetuæ Prælatorum ac Paſtorum reſidentiæ. Si enim Epiſcopi & Curati, quibus incumbit animarum cura, aßideant ſuæ paſcuæ, & debitas ſuper greges ſuos vigilias obſeruent, & lupos ab ouilibus arcebunt, & vulpeculorum aſtus faciliùs deprehendere poterunt. Simúlque eueniet fortunato ſucceſſu, vt & tua Regia, & illorum conſcientia, grauamine non mediocri leuetur. Quod autem neceſſaria ſit Eccleſiis Paſtorum præſentia, quæque ſit eiſdem diſpendioſa diuturna eorundem abſentia, aliundè monſtrauimus pluribus rationibus, Synodo noſtra Pariſienſi: tum hac ma-

ximè

ximè quod nemo æquanimiter ferat hominem sibi constitutum mercennarium, suo iniussu alterum mercennarium sibi substituere: ne quidem in leui & modico negotio. Ob idque Curiones & Pastores Ecclesiarum qui mercennarij sunt Christi, primi & summi Pastoris, non posse nec debere in æternam maiestatem sibi arrogare, quod nunquam in abiectissimum agricolam attentaret opilio. Proximum ab ijs locum concionatoribus verbi Dei resigno: qui si modestia ac discretione debita, solerti facilitate, facilique solertia errores confutarint, & veritatem illis oppositam populo confirmarint: plurimùm proficient & ad continendā in fide plebem, & ad hæreticos ad meliorem frugem conuertendos. Vnus est Ad Hebræ. 4. *enim sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionē animæ & spiritus. Demus si placet, quartū ordinem Reuerēd. D. Dominis Cardinalibus nuper à sancta sede Apostolica pro inquisitione*

tione fidei designatis: qui cum virtute authoritatéque summa polleant, quandocunque ad seditiosas schismaticásque ciuitates peruenient, suæ inquisitionis negotium peracturi, non dubito quin vel sola sua præsentia omnem dissensionum turbam sint composituri.

Virgil. 1. Aneid. *Ac veluti magno in populo cùm sæpe coorta est*
Seditio: sæuítque animis ignobile vulgus.
Tum pietate grauem, ac meritis si fortè virum quem
Conspexere, silent: arrectíque auribus astant.

Sic ad Reuerendissimorum Sanctissimorúmque patrum conspectum sedabuntur tumultus, nec quisquam erit inter locutuleios istos qui hiscere audeat. Reformare quoque in primis proderit Generalium studiorum communitates: districtè prohibendo ne quid in illis nisi pium ac sincerum vel discatur vel docentur. Sint in illis

illis professores qui grauitate, maturitate. & morum honestate non minus quàm verborum proprietate ac lenocinio tyrunculos instituant. Nihil enim in Republica sua tam necessarium existimauit Plato, quàm vt rectè & piè iuuentus educaretur: quod in Academijs collegijsque celebrioribus studentum obseruari apprimè decet: tum quia tenacius hærent quæ prima ætate imbibuntur: tum maximè quia omnium nationum ac terrarum adolescentes, qui aliquãtò pòst futuri sunt gentis suæ rectores, eò commigrant ad capessendas literas: qui si pro sincera & catholica doctrina, toxica ex ijs studiorum scatebris haurirent, protinus contribules conterraneósque suos ijsdem venenis perfunderent. Quod prouidentes hæresiarchæ nostri temporis (sicut sunt filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua) in hanc potissimùm partem decubuerunt, vt legislatorum scholas, iurísque collegia, suæ doctrinæ fermento

Plato lib de legib.

cor

corrumperent: futurum sperantes vt hac via tandem pro iudicibus, fautores & consortes suæ infidelitatis haberent. Iungamus istis, si placet, Edicta Principum, & pœnas à iure in hæreticos statutas: atque in ijs propositi præcedentis memores, eligamus eas quæ minus severitatis minúsque rigoris amplectuntur.

Diopithis decretum.

Diopithes decretum posuit Athenienſibus, vt omnium qui de dijs non rectè sentirent, aut de rebus cælestibus nouos sermones inducerent, nomen deferretur. Ad quem modum statuere nostræ genti operæpretium erit. Vel quod statuit olim miraculi ingentis nouitate commotus

Nabuchodonosor. decretū Dan. 3.

Nabuchodonozor. Omnis populus, tribus & lingua quæcunque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sydrach, Misaach & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur. Neque enim est alius Deus qui possit ita saluare. Reuocandæ sunt leges Imperatoris Iustiniani & Theodosij in hæreticos

Iustiniani & Theodosij leges in hæreticos

latæ quæ lib. 1. C. explicantur. Quib⁹ interdicitur

dicitur hæreticis ne litanias aut conuenticula faciant, siue priuatim siue publicè. Itẽ ne quis libros hæretica prauitate aut superstitione vel curiositate vana notabiles habere, & sacrilega talium scriptorum audeat monimenta seruare: sed quod Apostolorum temporibus factum narratur, prælatis iudicibúsque in prospectu omnium comburendos comportent. Cartæ, inquit, ac libri tanquam facinorosæ peruersitatis vestigia intereant. In doctores autem & magistros errorum seuerius decernit dicens. Vltimo supplicio coerceantur, qui illicita docere tentauerint. Reliquos perpetua deportatione damnat, & hæreditatis successione. Non incõmodum quoque erit ad hæreticos protendere quod sanciuit in blasphemos, Gregor. 9. lib. 5. decretal. tit. 26. cap. 2. Statuimus (inquit) vt si quis contra Deum, vel aliquem sanctorum, maximè contra beatam virginem linguam in blasphemiam publicè relaxarit, per Episco- Act. 19.

pum

pum ſuum pœnæ ſubdatur inferius annotatæ: videlicet vt ſeptem diebus dominicis p foribus Eccleſiæ, in manifeſto, dum aguntur miſſarum ſolenia, ſtet. Vltima illarum, pallium et calciamenta non habeat, ligatus corigia circa collum, ſeptemq; præcedentibus ferijs ſextis in pane & aqua ieiunet, eccleſiam hoc toto tempore nullatenus ingreſſurus. Hæc eſt, me Iudice, clemẽs efficaxq; multùm ad extirpandas hæreſes ſententia. Nec certè parum energiæ & latentis virtutis ad compeſcendas hæreſes, obtinebit lex illa

Plat. li 8. de le. *Platonis libro octauo de legibus. Duas artes aut ſtudia, duo diligenter exercere humana natura non poteſt: hoc igitur in ciuitate noſtra ſtatutum ſit, vt nemo lignarius & ærarius faber ſimul ſit. Si autem peregrinus aliquis duabus artibus vacet, vinculis, mulcta, expulſione, vnam tantum amplecti cogatur. Quod idem valere poteſt in cerdonibus & ſutoribus noſtris: qui vltra crepidam iudicare præſumentes,*

theo

theologica excribrant. Nec verò Medicis aut legum ſtudioſis, nec grammaticis & rhetoribus, multo minus mercatoribus & plebeis viris, mulieribus ac pueris de religione & fidei noſtræ arcanis diſceptare diiudicaréue permitti debet, quæ ſunt theologorum & eccleſiaſticorum propria.

-Procul hinc procul eſte prophani. Virgil. 6 Eneid.

Non ſunt ſacra manibus piceis, vncluoſis cœnoſiſue (quales ſunt veſtræ) tractanda. Quod medicorum.

Promittant Medici, tractent fabrilia fabri.

Hos fines tranſilire, & fidē ſemel receptam in perplexitatē reuocare nemini impunè cōcedatur. Et vnuſquiſq; in qua vocatione vocatus eſt, permaneat. Suggeritur nobis & alia meo iudicio facillima deſtruēdæ abolēdæq; impietatis & ſciſmatis oīs ratio, ex facto Athenienſiū: qui Oſtraciſmo id eſt exilio ad preſtitutum tempus damnabant, ſingulo quoq; anno, eum quem indicio populi cōperiebāt ſuſpectū affectati Imperij ac tyrānidis.

Ad

Ad quem modum, vbi ciuitate quapiam pluries de hæresi diffamata clandestina Sanctorum imaginum violatione, sacramentorum prophanatione, aut libellorum blasphemorum promulgatione, nihil per inquisitores, vel procuratores, & officiarios regios compertum de factionarijs haberi potest, paucorum crimen toti ciuitati imputetur: quæ vel hoc ipso sufficienter negligentiæ in cultus diuini & religionis tutela arguitur, quòd authores flagitij atque impietatis nec puniuerit, nec detulerit vnquã. Ob ídque negligentiæ ac torporis huius expiandi gratia, si non penitus erunt corrupta hominum iudicia, per Regiam maiestatem iure poterit ad eam delegari Ostracismus. Lex scilicet, qua præcipietur populo, vt per decurias ædium suarum partiti, declarent sigillatim suffragijs (præstito super ea re iuramento) tres vel quatuor conciuium suorum, quos præter cæteros habent de hæresi & perfidia suspectos: vt conuictæ

*susp*i

ſuſpicionis nomine, exilio triennali quadri ennalíue damnentur, ſaluis ſuis rebus: prohibitione tamen facta de alienandis immobilibus, niſi ſub expreſſo conſenſu Regis. Et ne propius octo miliaribus ad ſuam vrbem toto exilij tempore accedant. Suffragijs autẽ à populo ſuſcipiendis deſtinari poterunt cum inquiſitore, duo notarij: qui decuriarũ calculos ad centurias & milenarios reducentes, facilè deprehendent ſuſpectos. Hac via ſectarum nouarum fautores populo inuiſi reddentur: quippe qui cauſa fuerint cur eorum proximi & affines exularint. Ad hæc exules ipſi à turba & ciuili ſocietate ſeparati facilius internoſcentur: & ſtatim quales erant, apud alios prodent præſertim ſi rure agere cogantur. Sũt enim ruſtici tenaciores & obſeruatiores religionis antiquæ: nec ſine murmure permittent patrũ ſuorũ cæremonias violari vel excidere. Oſtracæ autẽ huius formulã libri ſecundi Politiæ noſtræ cap. vndecimo deſcripſimus.

In qua neminem moueri oportet, si ſuſpectos criminis damnamus, tanquam ex ſuſpicione iudicemus: neque enim hîc ſcelus ipſum, ſed ſuſpicionis ſceleſtæ culpam attendimus: quæ iudicio & ore populi comprobatur: quo declarato non ſuſpicionem vel nudam opinionem, ſed iuridicam aſſequor culpæ cognitionem. Siquidem culpabile eſt homini Chriſtiano fratribus ſcãdalum ponere ſuæ conuerſationis irregularitate, in ijs potiſſimùm quæ ad pietatem & religionem ſpectant. In quibus par eſt Eccleſiæ filios (quẽadmodũ dicebat Iulius Cæſar de ſuis familiaribus ac domeſticis) non ſolum crimine, ſed & criminis ſuſpicione carere. Nam & Iuſtinianus ipſe, 1. lib. C. de hæretic. & Manichæ. L. Gazaros, præcipit eos qui ſola ſuſpicione notabiles ſunt, ad mandatum Eccleſiæ iuxta conſyderationem ſuſpicionis qualitatemque perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtrare: aliàs prorogantes, & infra annum purgationem

dif

differentes, pro hæreticis habendos esse decernit. Alia & nouissima destruendæ hæreseos sese offert via, præcedenti non admodum dissimilis ex militari disciplina. Si quemadmodum solent Imperatores ex multitudinis noxia, refractaria, vel fugitiua decimum quémque sorte accipere ad supplicium: vt ad omnes quidem metus, ad paucos vero pœna perueniat: ita decimationem ciuiũ vrbis de hæresi diffamatæ Princeps fieri demandet: quæ semel atque iterum in deprehensos repetetur, donec ad ternarium quaternariúmue perueniatur. Vt totius ciuitatis nomine, tres vel quatuor ciues, Decreti Gregorij. 9. paulò ante à nobis explicati pœnam subeant, aut consimilem iudicum arbitrio præstituendam. His ni fallor medijs si Iudices fideles atque infractos nactus fueris Rex Christianiß. de finib⁹ regni tui paruo momento hæreses propulsabis. Nam disputationibus hæreticos reuincere, ideo non est nobis integrum, quia & apo-

ſtolus eos penitus deuitandos eſſe monet: nec ad illos authore Tertulliano, pertinent ſcripturæ (vnde præcipuè conuincendi erãt) qui Eccleſiaſticam authoritatem negant, à qua ſcripturæ ſortiuntur ſuam. Ratione autem naturali contra eos diſceptare, nõ magis permittitur quàm cum paganis & gentilibus propter eas quas ſuperius enarrauimus, rationes.

Vides arbitror, Rex Chriſtianiſſime. Vident COSS. & aſſeſſores tui, quàm perniciosum & exitiale ſit Reipu. malum hæreſis: quámque facile in animos populorum ſerpat & propagetur. Deinde quibus modis deprehendi ac diſtingui poſſint hæretici à catholicis. Poſtremò quibus pœnis iã olim ab antiquis mulctati fuerint hæretici: & quàm mitiſſima pœna futuris temporibus puniri poterunt: vt ab erratis ſuis reſipiſcãt, & conuertantur ad dominum Deum ipſorum, & perpetuam matris eccleſiæ obſeruationem. Quibus tibi accuratè inſiſtẽdum

inui

inuigilandúmque erit: cùm vt populum tibi subditum in consueta animi corporísque ac rerum pace contineas, tum vt hoc sceptrum Regni Christiani tibi saluum atque incolume permaneat. In qua causa non vsque adeo tibi fidendum Iudicibus & officiarijs tuis, quin ipse rescisças quanta fide atque integritate causæ fidei in eorum tribunalibus tractentur. Nam in eiusmodi actionibus accusatores ac testes sibi infensis Iudicibus supra modum grauari circunfertur: interrogationibus susquedéq; procedentibus, donec veniatur ad singularitatem testimonij: reos autem vsquequaque subleuari, ita vt confidenter nonnunquam errores suos defendant, & supplicum loco se iudicibus tanquam eiusdem culpæ conscijs, interminatores exhibeant, quod nemini mirum vel nouũ videri debet, quando iã tibi & Regno tuo pluries dira minati & precati sunt. Quæ omnia etiam atque etiam tibi domino Regi animo reuoluenda atque ponderan-

da

da veniunt. Ne quando fama ad posteros deuoluatur Henrico secundo regnante diuersam fuisse in Gallia Religionem: gentémque vnam, sub vno Principe, non vna fide ac pietate vixisse. Obnixè autem tibi elaborandum vt zizanijs repurgatum omni sua parte Regnum, clarissimo filio tuo Francisco Regi Delphino cæterisque hæredibus ac posteris tuis, tunc relinquas, cùm placuerit ei qui aufert spiritum Principum, abs te huius Regiæ villicationis tuæ reposcere rationem. Quo tempore, donet tibi Deus vt confidenter illi in sede maiestatis sedēti dicas: Domine quinq; talenta tradidisti mihi: ecce & alia quinque superlucratus sum: vicissim ab illo auditurus, euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Amen.

DIXI.